



Universitätsbibliothek Paderborn

Cvrsvs Theologici ...

Ea Brevitate Conscriptus, Qvam Tot Tantarvmqve Rervm Amplitudo Et
Varietas Patitvr ...

Quas Prima Pars Et Prima Secundæ Divi Thomæ Complectvntvr -
Qvæstiones Insvper Ad Mores & praxim spectantes, quæ peculiarem cum
Scholasticis habent connexionem, declarantur

Carleton, Thomas Compton

Leodii, 1659

Sect. IV. Vtrùm actus externus quidquam bonitatis aut malitiæ addat
interno.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13718

III.
Affigatur
ratio, cur
lex humana
primariò
principiat
actum ex-
num.

Dices: sicut actus exterius primariò prohibetur, ita & præcipitur: laudantur etiam frequenter in Scripturâ actus boni externi, ergo codem modo sunt primariò boni, sicut mali. Respondeatur negando consequentiam: ratio enim cur actus externus primariò præcipitur, est quia lex humana non tendit in modum, quo actio interiùs sit, sed solum actum externum præcipit quoad substantiam: unde licet sit conformis præcepto, hoc tamen non sufficit ut sit formaliter bonus, sed ad summum est bonus materialiter: at vero ut sit malus, sufficit quod sit deiformis præcepto, cum voluntas legislatoris exigat ut sit ejus mandato conformis.

IV.
Opera bona
externa lau-
dantur in
Scripturâ, ut
homines ad
es crebrius
exercenda
inducantur.

Bona exter-
na sibi Lau-
dantur in
Scripturâ
ratione in-
ternorum.

Ad illud de laude, in primis dieo laudari quidem actus bonos in genere, ut eleemosynam &c. hoc autem solum arguit hujusmodi opera esse bona, non tamen primariò bona, nec primariò laudari. Deinde laudantur opera externa eleemosynas &c. ut homines ad illa frequentius exercenda excitentur, hæc etenim non sunt plerumque sine actibus bonis internis, inquit ut plurimum sunt illorum causa. Si quando autem opera externa, alioqui bona, procedant ab actu interno non bono, reprehenduntur in Scripturâ, per quod innuit, ubicumque laudat opera externa bona, id fieri intuitu actus interni honesti, quem tunc supponit operante habere. Inquit hoc interdum expresse requiri Scriptura: sic Matthæus decimo laudatur, non præcise qui dat eleemosynam, sed qui dat calicem aquæ frigidæ in nomine discipuli, item Matthæi sexto hortatur Christus ad jejuniū & eleemosynam, non quomodo cumque, sed ut Pater videt in secundon: ubi, & alibi sibi clare innuitur, ad hoc ut opus externum sit bonum, requiri ut rectâ intentione fiat, siue illud in se non esse primariò bonum, sed bonitatem hoc modo haurire ab interno.

SECTIO QUARTA.

Vtrum actus externus quidquam boni-
tatis aut malitiæ addat
interno.

I.
Statutis dif-
ficultatis pro-
positur.

II.
Actus exter-
nus nihil be-
nitatis, aut
malitia for-
maliter ad-
dit interno.

V T res hæc clarius intelligatur, ponamus duos homines omnino inter se æquales, quorum uterque habet absolutam & æqualem volitionem hominem occidendi, quod alter præstat, alter divinitus impeditur ne id quod intendit faciat: in quonam primus gravius peccat, quam secundus? tota enim culpa consistit in actu interno, quo supposito neuter abstinet ab opere externo potuisse, nisi divinitus fuisset impeditus; ergo æquale est utriusque peccatum.

Dicendum cum cummuni Theologorum sententiâ contra Scotum (licet multi velint eum loqui de bonitate solum & malitia Metaphysicâ) actuum externum nihil bonitatis aut malitiæ addere interno, vel quod cœdem recidit, nihil imputabilitatis in ordine ad præmium vel poenam, seu ad meritum aut demeritum: ita Vaquez, hic Disputatione septuagesima-sextâ, Coninc Disputatione tertia dub. 7. & alii, estque expressa mens sancti Thomæ hic quæstione vigiliâ, artic. 4. Idem docet S. Bonaventura in 2. distinctione 42. articulo 1. q. 2. Aegidius quæst. primâ, art. primo, & dist. 40. quæst. primâ, art. secundo. Richardus Distinct. 40.

art. 1. q. 4. & Dist. 42. q. 2. Gabriel Dist. 42.
art. 2. Gregorius ibidem, q. ultimâ, quod etiam aperte tradere videtur S. Augustinus, & alii ex sanctis Patribus.

Quod autem in conclusione diximus intelligi debet actum externum non addere bonitatem aut malitiam in ordine ad meritum ac demeritum formaliter; occasionaliter enim frequenter addit, cum sit occasio, ut actus internus intensior subinde sit ac diutinior, ex quo consequenter augetur meritum, & etiam demeritum: habet item adjunctum nonnunquam bonum exemplum, & scandalum, aliaque hujusmodi, quæ sine dubio aliquo modo, salem indirecte & occasionaliter conducunt ad bonitatem & malitiam moralem actus interni augendam.

Ratio unica & sufficiens conclusionis est; quidquid namque auger bonitatem aut malitiam actus in ordine ad meritum & demeritum, liberum sit oportet, debet siquidem esse imputabile ad præmium vel poenam, quale, ut ipso naturæ lumine constat, est illud solum quod est in potestate operantis: sed actus externus non addit novam libertatem interno, cum liber sit participativè tantum & extrinsecè, libertate scilicet desumptâ ab actu interno, quo actu interno posito, non est in hominis potestate, ut non sequatur actus externus: licet ergo Physicè bonitatem aliquam aut malitiam addat actu interno, quatenus adjicit aliquid, quod decebat vel dedecet naturam rationalem, non tamen auger imputabilitatem ad præmium vel poenam, cum non auget libertatem.

Confirmatur: Ponamus duos homines, Parisis alterum, alterum Constantinopolis, quorum uterque habet absolutam & æqualem volitionem hominem occidendi, quod alter præstat, alter divinitus impeditur ne id quod intendit faciat: in quonam primus gravius peccat, quam secundus? tota enim culpa consistit in actu interno, quo supposito neuter abstinet ab opere externo potuisse, nisi divinitus fuisset impeditus; ergo æquale est utriusque peccatum.

Hoc tamen de augmentatione meriti & demeriti intelligitur, ubi nulla omnino est nova libertas: si enim quando voluntas actuum aliquem internum imperat, non ita cum quod omnes circumstantias determinet quin relinquat aliquam indifferentiam, vel quod tempus vel modum, aut intensiōē actus, & similia, non tollit quo minus actuus imperatus augere possit meritum vel demeritum imperans, cum novam aliquam eidem superaddat libertatem.

SECTIO QUINTA.

Argumenta contendentia actum exter-
num aliquid bonitatis & malitiæ
addere interno.

OBIECTUS primus si actus externus nihil addat valoris & dignitatis moralis interno, qui cum quod sequitur cum, qui vellet dare eleemosynam infirmum, habitum meritum infinitum, quod tam, habere eleemosynam parum videtur probabile: sequela probabili tam, habere meritum infinitum.

At sane

III.
Occasiona-
liter tamen
actus exer-
tus auget fa-
tum boni-
tatem quam
malitiam
interni.

IV.
Quicquid
auget boni-
tatem &
malitiam
debet effe-
berum.

V.
Vbi aequalis
libertas, &
aequalis etiam
est bonitas
vel malitia.

VI.
Actus impa-
ratius inter-
num auget
meritum vel
demeritum
imperans.